



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 2. Homines ipsos primam esse causam, vt aquis exorbitantibus
puniantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

homines , merguntur naues ; illorum & istarum exitium, apud insipientes, est diuinæ bonitatis naufragium; nam, quia id male factum césent, aiunt, factum, quod Devs imperauit.

§. II.

Homines ipsos primam esse caussam, ut aquis exorbitantibus puniantur.

Si quis igitur scire cupit, cur Devs istarum rerum sit author ? respondeo in primis potius peccatorem, quam Deum harum esse rerum authorem. Nam indidem poenæ, unde culpæ est origo. Rectè igitur dici potest poenæ author, qui est author culpæ. Nō enim Devs puniret, si homo non peccaret. Quoties itaque, in poenam, inundationes fluminum, eluuiones marium, aut imbrium cataclismi contingunt, non Devs judex, sed homo reus est accusandus, qui diuinæ iræ justitiam in caput suum prouocauit. Quid enim? an ignis non noceat nocenti? Vindex Sapi. 16. est orbis instorum, & non sit vindex Conditoris? quem iam dudum negantes nosse impij, per fortitudinem brachij illius, flagellati sunt: nouis aquis, & grandinibus, & pluvijs persecutionem passi. Utuntur impij aquis, contra Bonfui Dei milites, & non utatur aquis Devs, pro us. lib. 7. suis

Dee. 2.
Simile
quid nar-
rat AE-
mil.lib. 5.
de Dar-
gano.

fuis militibus, cōtra impios? Cūm Andreas
 Vngariæ rex, & Christianæ militiæ, in Pa-
 lestina, imperator, expugnatā Damiatā, ad
 Nilum, vrbe, Cayrum & Babylonem, quo
 se Soldanus receperat, obsideret; Suldanus
 Melchechelchemel Nilum, sub Babylone &
 Cayro, altioribus solito ripis coērcuit; &
 cūm paucis post dieb⁹ ille, opinione citius,
 vehementer intumuisset, extemplo defossis
 vtrinq; ripis, inundationem amnis in hosti-
 um castra deriuauit. Effunditur, diluuij mo-
 re, fluuius; & altius altitudine cubiti cuncta
 superat; ex quo intolerabile Christianis de-
 trimentum illatum fuit. Siccine nōrunt ho-
 mines vti aquis in DEI seruos, volūntq; vi
 aquæ à se faciant, & DEVS non submerget
 aquis hostes? Enim uero fecit id strenue, fe-
 cit cum ingenti virtutis suæ authoritate.

§. III.

Generalis diluuij cauſa & effectus.

Hac de cauſa, generali illo cataclysmo,
 totus mundus, præter octo homines, est ob-
Genes. 7. rutus. Tūc enim rupti sunt omnes fontes abyssi
 magna, & cataractæ cali apertæ sunt, & facta est
 pluvia super terram, quadraginta diebus, &
 quadraginta noctibus, & sensim ita in immen-
 sum excreuit aquarum multitudo, vt, quia
 Ocea-